Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26502
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ille qui solus inter homines munda concep
cione de virgine natus fuit. g. etc. De
originali statu primi hominis ante peccatum.

viiij.

Ad intelligendum materias et vias pre
dicatarum questionum et eis incidentium et ad
respondendum ad eas et solvendum rationes inductas
pro altera parte ipsarum prescendum et prenotandum est
quod loquendo de homine et de hiis que circumstant
culpam et causam hominis in ordine ad periculum
sue destitucionis et ad gratiam sue reparacionis
per beneficium incarnacionis et passionis et mortis
xpi. adtenditur triplex status ipsius hominis. Videlicet
status sue prime institucionis. et status sue desti
tucionis et status sue restauracionis. et transitus
inter medius sue mutacionis de uno statu inter
medius. ¶ Circa statum itaque prime institu
cionis hominis considerantur tria. videlicet natura condita
originalis iusticia indita. et gratia nature condite
et originali iusticie addita vel adtenda.
¶ Primo itaque circa naturam conditam. Sciendum est quod
natura hominis ex anima rationali existente sine vicio
et peccato et corpore naturali composito ex quatuor quali
tatibus activis et passivis habentibus ad invicem
actualem contrarietatem. licet cum summa equalitate
quantum ad insistenciam activarum et resistenciam
passivarum. et ex unione talis anime et talis corporis
Primo fuit condita et instituta unde per consequens
cum vicium et peccatum non esset in anima primi hominis
non potuit eciam esse in carne ipsius quia sicut dicit Aug.
xiiij. libro de Civitate dei. Non caro peccatrix